Niemyjie — Cessio

Coram officio et Actis Capitan[eal]ibus Castren[sibus] Branscen[sibus] personaliter comparens Nobilis Agnes vidua consors olim Nobilis Benedicti Toczyski in Niemyjie
Reformatoria possessor a foro proprio iure iurisdictioneq[ue] sua generalis
propria competenti recedendo huic vero se foro Castren[si] Capitan[eali] Branscen[si]
incorporando sana mente et corpore existens palam libere recognovit
Quia Nobili Joanni olim Bartholomei Niemyjski de Niemyjie antiqua
haeredi de Omni et integro iure Suo seu inscriptione certa sibi re
cognoscens per olim memoratum Benedictum Toczyski maritum suum
in medietate bonorum suorum modo Reformatorio coram Actis Terr[estribus]
Drohicen[sibus] feria Quarta ipso festo Nativitatis Sancti Joannis
Baptistae Anno Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Tertio fact[a]
transgredit Super summam Sexaginta Sexagenarum pollon[icalium] dotis
et addotalitii Viginti Sexagen[arum] modo reformatorio facta et recognita
acceptis tantum Quadraginta Sexagenis poll[onicalibus] cum omnimoda
potestate eiusmodi inscriptionis sua ac parata intromissione
possessione et omnibus beneficiis iuris tertii et de bonis sal-
va commansione in Strabla et Holodzo Jentuczi olim mariti
sui praecustodita condescendit.

Dolęga et Szepietowski — Quietatio

Coram Officio et Actis praesentibus Capitan[ealibus] Castren[sibus] Branscen[sibus] comparentes
personaliter Nobilis Petrus olim Salomonis Dolęga et Anna filia olim Stani
slai Zyborowski consors eiusq[ue] Nobilis Salomonis Dolęga praesentis mariti
cum eiusq[ue] mariti sui utilitatibus coniugalibus personali assistentia et
consensu praesentes suo et Nobilis Marina Dolęzanka filia sua a qua
de rato et grato in forma iuris plenissima Caventes sani mente
et corpore existentes palam publice libereq[ue] recognoverunt Quia Nobiles
Michaelem olim Alberti Dolęga et Benedictum olim Joannis Szepietow
ski de omnibus causis et actionibus item et protestatione per se reco
gnoscentes coram Actis praesentibus Super eosdem Ratione sui convulne
rationis et praefatam filiam suam facta ac vulneribus quibuscunque inscri
ptis et non inscriptis ob initam inter se transactionem quietant
dimittunt et liberos faciunt Protestationem eo nomine factam una
cum obductione vulnerum cassant annihilant et mortificant perpe
tuis temporibus

Dolęga — Debitum

Coram officio et Actis praesen[tibus] Castren[sibus] Capitan[ealibus] Branscen[sibus] comparens personaliter
Nobilis Michael olim Alberti Dolęga Sanus mente et corpore existens
palam publice libereq[ue] recognovit Quia Nobili Petro olim Salomonis Dolę
ga et ipsius posteris teneri ac debere simpliciter realiterq[ue] debiti su
mmam Quadraginta quinq[ue] florenorum poll[onicalium] hinc et ab actu praesenti pro festo N[ativitatis]